



GE-F 167

1781

+



THESES DE DECIMIS

AD VETEREM, ET NOVAM, CUM
Ecclesiae universae, tum Hispaniae praesertim
disciplinam exactae

QUAS IN HAC VALLISOLETANA ACADEMIA

DEFENDET

D. JUDAS THADAEUS VELAZ, et MEDRANO
UTRIUSQUE JURIS BACCALAUREUS
AUSPICE, PATRONOQUE

D. THOMA ARIZMENDI ERAUSO,
MAJORIS S. CRUCIS COLLEGII
Alumno, ac in Jure Canonico Doctore.

Die 7. Mensis Junii. Mané hora 8.
Vespere autem 3.

VALLISOLETI ANNO MDCCCLXXXI.

CUM SUPERIORUM PERMISSU:
APUD THOMAM DE SANTANDER.



THESES
DE DECIMIS
AD VETRUM, ET NOVAM, CUM
Hoc series universitatis Thomae prius existente
dispositionem exagere

QVAS IN HOC UNIVERSITATIANA ACADEMIA
DILEXENDIT

D. IACOBUS THOMAS ALFREDUS, ET MELISSA
ALTHUSGUE JURIS BACCALAVRIVS
AUSPICE PATRONOQUE
D. THOMAS RISWINDI ERVUSO,
MAJORIS S. ERICIS COLLEGII
THOMAS, sive THOMAS DO GORE,
DIE A. MENSES JULII, Mense IULII 8
Aequate anno 8.

CUM SURSIDORUM PBMISAN
Vnde THOMAS DE SANTANDER

ILLUSTRISSIMO. VIRO.

D. JOANNI.

ACE DO. RICO.

IN SIGNIS. CAROLI. III. ORDINIS.

EQUITI. PENSIONE. DONATO.

IN SUPREMO. CASTELLÆ. SENATU.

SANCTIORIQUE. CONSILIO. SENATORI.

JUDAS. THADAEUS. VELAZ.

MEDRANO. G ANTE QUE.

S. P. D.

Q UANTAE tibi curae, Vir
Clarissime, meus honos sit,
quantus fueris, in me or-
nando , atque amplificando,
cum ex aliis , tum ex eo potissimum

cognovi , quod theses has tibi inscribi , tuoque illustrari nomine, volueris. Evidem si illae, eas omnes scientias , quae, cum jurisprudentia, cognatione quadam , & quasi vinculo, continentur , si jurisprudentiam ipsam, vivam , spirantemque referrent , posses, ab eis voluptatem maximam jure tibi polliceri , cum hoc litterarum genus, a prima pueritia, per omnem aetatem, ita in deliciis , & in amoriibus habueris, ut ei potius, quam tibimet vixisse videaris , cumque illi acceptos referre debeas amplissimos honores , quibus te est Respublica prosecuta. Aut si illae jurisprudentiam exprimerent , non in angulis otiosam, non Academiae spatiis, veluti quibusdam limitibus, circumscriptam , sed versatam in hominum luce , & in foro occupatam, quae tenebras dispel-

lit, quas perdit i^rabulae judicibus obii-
cere gloriāntur, quae scelera, vel me-
tu, vel ferro, ubique extinguit, quae
vīm coercet, & tenuiores à poten-
tiorum injuriis defendit, quae aequa-
bilitatem inter omnes tuetur, quae
ab omni perturbatione libera, nihil
odio, nihil amori, nihil gratiae tri-
buit, sed in una veritate defixa, nulla
prorsus personarum ratione habita,
de rebus tantum sincere, & incor-
rupte judicat, si hanc illae jurispru-
dentiam vivis coloribus depingerent,
credo equidem, tibi nec ingratas, nec
injucundas extituras: ; Quantum enim
te delectaret eius scientiae imago ad
vivum expressa, cuius vi, ac potes-
tate divina, humanaque omnia re-
guntur, conservantur, amplifican-
tur, & sine qua Imperia in summa
quadam obscuritate, ac densissimis

tenebris jacerent?; Etil quae tuum
pertentarent gaudia pectus, ubi in ea
ipsa imagine diuinam illam speciem
agnosceres, quam unam audire, &
consulere, à qua ne latum iquidem
unguem discedere, religio tibi tuit?
Nam ut primum ex domestico illo,
ac umbratili vitae genere, in solem,
ut ajunt, & in pulverem prodire de-
buisti, ubi tua te doctrina, & vir-
tus, quarum tam multa, tamque
luculenta testimonia dederas, ad re-
rum culmen evexere; qua prudentia,
quo ingenii acumine ea vidisti, quae
recta, quae iusta, & honesta essent?
Quo animo, qua libertate eadem pro-
tulisti?; Qua auctoritate ea ipsa ob-
tinuisti? Quin alicuius aut auctoritas,
aut potestas, à te extorquere unquam
potuerit, ut in dicenda sententia, re-
busque diiudicandis, tempori, utilita-
ti-

tive servires, orationem tuam alienae
 voluntati accommodares, aequitatem,
 iustitiam, veritatem, aut proderes, aut
 desereres. Et si mihi Platonem illum
 ingenii, doctrinaeque principem diu,
 multumque audire datum esset, à
 quo doctus, eruditusque, tecum, de
 Republica omnibus absoluta numeris,
 dissererem, & quae illam, vel pessun-
 dare, vel beare, queunt, fusius com-
 memorarem, opus aggrederer tibi
 gratissimum, qui studia omnia, om-
 nem operam, curam, industriam, co-
 gitationem, mentem denique omnem
 confers, ut suus virtuti, & litteris,
 constet honos, ut artes excolantur,
 ut mercatura floreat, quemque Rei-
 publicae felicitas, ac salus, dies, noc-
 tesque sollicitat. Sed non is es, qui
 haec ab adolescente sperare, aut pos-
 sis, aut debeas, & si ego isthaec
 satis

polliceri auderem, nec temeritatis,
 nec arrogantiae notam effugerem, ac
 montes vere aureos polliceri viderer.
 Cum igitur theses nostrae, si aut ex
 suab, aut ex tua dignitate spectentur
 per exigui pretiosas sint, ut earum
 patrocinium susciperes, insignis illa,
 mihique jam dudum perspecta huma-
 nitas, qd a v illud de me, deque meis,
 benemerendi, studium incredibile im-
 pulerunt. Atqui ego, novi cuiusdam,
 & principis beneficij loco, istud sem-
 per habeo, occasionem scilicet mihi
 à te esse oblatam, qua memorem ani-
 mum publice testarer. Tantum enim
 tibi, totque nominibus debeo, ut in-
 gratus merito, ne dicam, improbus, vi-
 deri possem, si tuorum in me bene-
 ficiorum memoriam abiicerem, nec
 grati animi recordatione prosequerer.
 Nam si eximia illa tua virtus, & doc-
 -log A trina

trina universum hominum genus de-
vinctum tenent, ac propè cogunt, ut
exquisita te benevolentia complecta-
tur ; Quibus ego studiis , tot benefi-
ciis provocatus , te prosequi , qua tui
charitate flagrare debeo ? Evidem
vellem, paria tibi posse referre , sed
quando maioribus officiis non possum,
his saltem thesibus summum meum er-
ga te studium , ac memorem , gratum-
que animum declarandum esse exis-
timavi , quas si laeto vultu excipias,
maximum earum fructum ero conse-
cetus. Vale, Vir Clarissime, & etiam,
atque etiam VALE.

tunc universam portionem genitum de-
 ligunt remenit ac tropicem conatur ut
 exdusit et penitentiam complegat-
 et; Quidam ergo habuit tot penit-
 cies pioeocritas et pioeadi, dix iti
 quoniam pietate depeo; Huius
 uelle, pietatis tibi posse referte, sed
 quoniam misericordia officia non possunt
 praeservare spiritus suorum mentium et
 ea te sustinunt, ac memorem faciunt
 de similitudine deglorificantur esse exie-
 cunam, dicas si iaceo ante excipias
 certus. Vnde Alii Christiane 8c etiam
 sicut enim VALE.

ASSERTIONES

DE DECIMIS.

PRIMA.

DISCIMUS omnes rationis compotes
 á perpetua illa, immobilique le-
 ge, cuius notiones immortalis Dei digi-
 tus in cordibus hominum impressit, sa-
 cri cultus Ministris cuncta suppeditanda,
 quibus vitam in terris, dum ipsi corpo-
 rum vinculis detinentur alligati, commo-
 dé transigere possint. At ipsa eadem na-
 turae lex media nobis non praescripsit
 gravissimo huic justitiae debito faciendi
 satis. Permissum id quidem legitimarum
 Potestatum arbitrio, quae pro temporum,
 Regionumque varietate varié decreverunt,
 Aureo Apostolorum aevo collectae fue-
 runt in usu. Christianus populus incredi-
 bili ardore inflammatus mobilia, immobi-
 lia, quae possidebat, omnia Had. pedes

primorum Ecclesiae fundatorum certatim collocabat. Sed facile non fuit, Aetniconrum persecutionibus tunc maximè ferventibus , praedia retinere ex fidelium liberalitate provenientia. Ad distrahendum ea necessitate compulsi sunt. Seculis autem consequentibus ad quintum usque tum copiosissimae fidelium oblationes , cum innumeri fundi post pacem jam Ecclesiae redditam , Status clericalis patrimonium constituebant. Exinde paulatim serpere coepit pendendi decimas consuetudo. Quod ipsum quo pacto contigerit proximum dabit theorema.

SECUNDA.

CONSPICIENTES SS. Ecclesiae PP. non absque profundissimo animi sui dolore , quotidie magis , ac magis elangescere Christianorum caritatem, eamque , nisi summo studio incenderetur, non procul ab interitu abfore , secum statuunt populum assiduis obtestationibus adoriri. Hic autem vehementissimarum

orationum lacertis omnino flexus decimas
sponte tradebat. Sed non multo post,
malum , á consuetudine descivit. Opus
ergo fuit uti p̄aeceptorum vi. Par ta-
men ubique locorum non obtinetur suc-
cessus. Pugnaeissimé obstiterunt Graeci; ce-
terique per Orientalem plagam sparsi.
Gallia quamquam seculo sexto decimarum
legibus collum submisserat, nono forsan
subduxisset, si Religiosissimi Principes Ca-
rolus Magnus , & Successores decretis suis
neglexissent jussa Episcoporum adjuvare.
Poloni , Thuringi , Dani ad nomen deci-
marum commoventur, ac tumultibus Rem-
publicam concutunt, sed fracti tandem
manus dederunt. Frisiam etiamnum ig-
norare decimas produnt Historici. Quam
vero fortunam expertae fuerint in Hispa-
nia dictu difficultimum est. Frustra ipsa-
rum originem quaeret quispiam in Chro-
nographis nostratis. Hi veluti de indus-
tria eventus Ecclesiasticos (quod questi
sunt viri docti) vel siluerunt omnino, vel
per eos fulminis instar calamis praeter
volant.

TERTIA.

AT ex incorruptis monumentis, quae annorum non confecit vetustas, decimas nobis compere licuit, Gothis sceptra tenentibus, non intrasse in Hispanicum solum. Lustravimus oculis, sedulo reapse, Gothici Voluminis leges, Hispanorum Conciliorum Canones, in quibus sigillatim describuntur Ecclesiae bona. Invenimus utique oblationes, servos, & praedia; decimas autem frusta quae-sivimus. Occurunt illae sanè post Saracenicam cladem; lat erant ut plurimum profanae. Quod ne alcius offensione proferratur, rem à capite arecessere nobis est cordi. Statim ac Arabes truculentia insig-nes sedem fixerunt in Hispania, Califa Damascaenus ab oppidorum incolis decimam fructuum partem tributi ratione exigere incepit. In haec eadem jura Princi-pes Hispani, receptis possessionibus, vic-torum conditione successerunt. Sed hujus-cemodi tributa vel omnino, quae era-

TA

ip-

ipsorum pietas, in Ecclesias transferebant, vel cum eis, prout cuique opus erat, partiebantur, vel certarum specierum fructus sibi reservantes, valorum decimacionem in Cleri gratiam dimittebant. Talis constat diversitas ex quamplurimis antiqui temporis diplomatibus, in quibus Ecclesiarum fundationes ad posteritatis memoriam fuerunt conscriptae. In his quoque chartis frequenter inseritur similis formula: *damus vobis Ecclesiam :: cum decimis, quae pleno jure ad nos pertinent.* Quae verba vel sola per se satis abunde ostenderent decimas, quibus multae Hispanienses Ecclesiae fruuntur, origine ut plurimum profanas esse, ut poterit ex munifica Regum voluntate ortas.

QUARTA.

DIIXIMUS ut plurimum, consulto inquit, in quidem. Etenim vidimus quosdam de Antiquitatibus Hispanis optime meritos, animis fidenter pronunciasse quo tempore et in quibus in Provinciis profanae

nae decimae vigebant, Ecclesiasticas non
 fuisse cognitas ipsi quasi iudae cum illis un-
 quam cohaerere non potuerint. Indeque
 concluserunt, ut sive verissimum illud pro-
 baretur, unum errorem in crassiorem al-
 terum inducere, silegem de decimis ge-
 neralem in Hispania non quaerendam an-
 te Regum Catholicorum Imperium. No-
 lumus quidem falsa pro veris obtrudere,
 aut probabilia pro certis venditare. Iccir-
 co ea tantummodo assereimus, quae no-
 tissima, et explorata habeamus. Perspi-
 cum est in primis, utriusque generis de-
 cimas sub Sancto Ferdinando fuisse exso-
 lutas. Deinde non minus est apertum, et
 praeclarum à Joanne II publicatam legem,
 quae Hispanae Nationis gentes ad decimas
 pendendas constringebat. Postremo non re-
 pugnabimus, si quis contenderit prae-
 ceptum generale decimarum à vetustiori
 aetate fore repetendum. Nam, ut paulo
 antea dicebamus, quae certas sunt, non
 quae verisimilia, conscribimus. Quibus sic
 expositis conficitur illud, decimas jure na-
 turali non deberi: eosque, qui contra

(XVII)

sentiunt , per summam inscitiam misere-
re , ut inquit Ducasseus , obligationem ,
qua ex lege naturae tenemur fideles sus-
tentare Viros Sacros , cum mediis huiuscen-
modi debitum explendi . Quae cum va-
ria certè sint , ad jus , ut vocant , posi-
tivum attinet , commodiora seligere , at-
que determinare.

QUINTA.

NULLA sunt bona , quae à decima-
rum onere immunia voluerint
Summi Pontifices . Quin suis in Epistolis
Decretalibus edixerunt , eas persolvendas
de lucris illis honestis , quae nobis labor,
& industria pepererit , de fructibus tam
civilibus , quam naturalibus , sive hos terra
fundat sponte sua , sive curatione homi-
num , de his quoque fructibus , quos pe-
cora edant ex se , de lana , foetu &c. Hinc
Interpretibus exsistit vulgaris illa decima-
rum divisio in personales , reales , & mix-
tas . Ceterum hac in re consuetudinis ,
nequidquam abnuentibus . Summis Ponti-
fi-

ficibus, praecipua est habenda ratio. Personales delevit Hispanorum usus, nisi quod in quibusdam locis famuli ad agriculturam deputati decimas praestant de salariis. Praediales vero, & mixtas retinuit, at non omnium frugum. Has si Clerici exigere tentent, viam laycis preparant nostrae leges nimium quam expeditam ad Regios Magistratus, quorum decretis prorsus contunduntur cuiusvis inducendae novitatis conatus.

SEXTA.

DECIMIS obnoxii sint omnes, qui a Christiano censemur nomine, nisi quos privilegium, aut alia exemptionis ratio liberaverit. Pro Monachis praesertim datae ad parentes privatae leges, quae concessionum variantibus causis, damnique sibi illata patefaciente Clero Seculari, mutationem quoque subierunt. Vicissitudines in longum referre per moles tum sané foret, & prohibemur volumen magnitudine. Satis habemus circa praesens

sens argumentum proximam statuere regulam: *de libertatibus Monachorum* *judicandum secundum nobis exhibita privilegia, pactiones initas, & regulas ad privilegiorum, & concordatorum jura respicientes.* Suberant item Judaeorum praedia, cum illi inter Christianos vivebant, decimarum tributo. Jure, inquit Canonum Professores, hac una innixi ratione, quod praediales decimae reale sint onus fundos perpetuo concimitans, in quoscumque successores hi transferantur. Fundamentum hocce solidissime contrivit probatus, & nobilis Auctor. Cuius huc redeunt cogitationes, ut rem paucissimis verbis comprehendam, decimas praediales tributa esse personalia pro rebus. Recte ille quidem, est, ut ipse ait. Sed laudatus Auctor, dum Interpretum communem sententiam felicissime refutavit, opinionem stabilit, ut nobis videtur, falsissimam. Probare nititur Judaeos coactos numquam fuisse ad solvendas decimas eis praediis, quae in privato ipsorum essent dominio, nisi con-

ditionem luendi decimas, ita carentibus
 populorum statutis, in se libenter rece-
 pissent, antequam in fundorum posses-
 sionem fuissent ingressi. Errat profecto.
 Vel sola Hispaniensis Ecclesia abunde
 nobis argumenta subministrat, ex quibus
 elucet, Judaeos exsolvisse decimas e praediis
 privati juris, quin horum occupa-
 tionem praecessissent tales somniatae con-
 ditiones, aliquave statuta commentitia.
 Alia oigitur memorati juris causa est per-
 quirenda. Ultro fatemur citius scribi, quid
 falsum sit, quam quid sit verum. Nihil
 tamen secius nostra audemus expre-
 mere sensa. Judaei ubique gentium, in
 Hispania praesertim, divitiis, & posses-
 sionibus abundabant. Animo volantes
 Clerici, quod si de fundis decimas non
 pendebant, non possent non Ecclesiae
 magna paupertate premi, Reges adie-
 runt, à quibus facile adepti sunt, ut
 praedia Judaeorum supponerent oneri de-
 cimarum. Aequum non est, ita alloque-
 bantur Principes, meliori fortuna potiri
 infideles, quam Christianos homines. En-

vobis potestatem legitimam: Nemo, arbitramur, denegabit Regibus facultatem indicendi tributa subiectis gentibus. En causam idoneam: agebatur de procul pellendo damno, quod Ecclesiis impen-debat. En denique justum titulum, qui Ecclesiae inest ad exigendas decimas à gente Judaica: Jure quippe donatarius persequitur rem donatam.

SEPTIMA.

ECCLESIASTICUM commune ius decimas applicat Ecclesiarum Parochialium Rectoribus. Maximam vero decimorum portionem sibi decerpunt Episcopi, Monachi, & Capitula Cathedralia specialibus titulis, quos ostendere tenentur, dum judicio contendant cum Curionibus. Quoniam hi, ut a vulgo dicitur, intentio nem habent in jure fundatam. Layci ut spiritualis ministerii sunt incapaces, sic juris ad decimas sunt expertes. Non idem proferimus de fructibus decimorum nomine convenientibus, si qui cum temporalium sphae-

sphaeram non transcendent, in personas profanas cadere possunt. Ita ergo justae quandoque causae impulerunt Ecclesiam ad decimas in Laycos transmittendas. Et ne ad externa veniamus, Reges Hispani in tertii decimorum fruuntur: de qua rum causis cum, ut jecimus, translatione in Reges temporales fiant, optimo jure pronunciant amplissimi Senatores Regii Patrimonii.

OCTAVA.

NON omnes decimas, quas Reges Hispani possident, Ecclesiae acceptas ipsi preferre debent. Multae enim, quod animadvertisimus in fertia conclusione, Regalia sunt tributa, quae Maiestatis iure indicere potuerunt praediis e Maurorum manibus surreptis. Ceterum facile non est, introductis jam decimis Ecclesiasticis, ab his Layeales secerneret. Talis enim confusio contigit, ut ex duabus speciebus una fuerit effecta. Quod ipsum affirmamus de decimis illis, quae nobilibus

(XXIII)

Viris in Vizcaya , & Gallaecia penduntur.
Quod attinet ad Vizcayam , invictis argu-
mentis docuit Petrus Lopezius de Ayala,
maximus Castellae Cancellarius , in Co-
mitiis Guadalfajarensibus anni 1390. om-
nes decimas á Primoribus Regni possessas
origine profanas esse. Hinc emanavit lex
i. lib. i. tit. 5. Nov. Compilat. De Gal-
laecianis autem decimis , etsi certi nihil
habeamus , probabilibus tamen ducimur
coniecturis (quas, si postularit occasio , in
medium affereimus , ut idem statuamus.
Nunc vero brevitati studemus , & longio-
res, ac par erat, fortase fuisse videbimus.
Si quis ita senserit , nobis ignoscat. Nam
rerum Hispánicarum studio provecti cur-
rentem calamum continere non valuimus.

Vitis in Viscaya, & Galleries bandanae
 Quod situm ad Viscayam, in agie sita
 monies docit Petrus Pobensis de Asti
 maximus Collector Curiositas, in Co-
 mune, Geographicus Pintorum Regni possessas
 nec desunt & Pintorum Regni possessas
 quibus pictis eae. Hinc eminavit lex
 i. tip. r. cit. 2. Nov. Compteur De Ga-
 lecarius utrum dicuntur, est certi nuplii
 conjugium (dicitur de consuetudine accessio, in
 matrimonii sacerdotis & de rectum servitium
 Nunc vero plebani serventur, & longior
 res se fieri possunt, tunc videtur
 Si quis iis senserit, topics iugosceri Nam
 letum Hispanicum studio piovegi car-
 ipesunt, non leviter

